

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum**

**Fecht, Johann**

**Francofurti et Spirae, 1684**

**VD17 VD17 3:315948Z**

XVII.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](#)

*Clarissime D. Doctror.*

**M**itto T. D. præfationem, ut diligenter eam legat, examinet, an in ea aliquid comprehensum sit, quod sit dubium, perplexum, aut veritati noui consentaneum. Maxime vero ea verba, quæ ex sententia Ecclesiarum Saxoniarum adjecta sunt. Sic enim te facilius in deliberatione futura expedire poteris. Bene & feliciter Vale. Reliqua sicut volebas, nunc anno.

*T. ut semper frater*

Jacobus Andreæ, D.

XVII.

*Salutem in eo, qui unica est salus & redemptio nostra.*

**E**T si haberem, non tam multa, quam etiam necessaria, Clarissime D. D. amice & frater honorande & charissime, de quibus lubenter tecum coram conferrem copiosius, impediatur tamen, partim corporis & valetudinis incommoditate, quæ me ad copiosam scriptiōnem valde facit infelicem, partim quod metuo, ne me in aliorum manus deveniant, & aut amittantur, aut intercipiantur, qua fortuna mea hactenus plurimum laborarunt. Interim tamen nolui sicuti nec etiam potui præsentium latore, Jodoco Gelbio, mea & intercessione & commendatione decelle. Natus est hic in urbe nostra, & scholæ nostræ fuit ab incunabulo auditor & alumnus. In qua & tantum profecit, ut classicas lectiones nostras cum fructu amplius audire non possit. Decrevit ergo parens hujus, Caspar Gelbius, Faber Serarius, vir optimus, Religionisque nostræ studiosissimus, eundem ad illustrem Academiam Vestram allegare. Cæterum quia liberorum multitudine premitur, ita ut hunc non possit apud Præceptorem & Professorem aliquem alere, paratus tamen est, certis & mediocribus sumptibus, eidem filio suo, apud concivem vestrum (quales memini meo tempore esse multos) annuatim gratificari. Cum autem uterque, parens inquam & filius ille propter ætatem, & quia pio zelo flagrante promovendo filio, hic vero propter diligentiam, modestiam, obedientiam, nec non pietatem, commendatione sit dignissimus, Ego te quanto possum, opere maximo, rogo & oro, ut in juvandis hujus adolescentis studiis tuam operam, (quam scimus & maximam & utilissimam) nobis pię & amicę loces. Efficiasque, ut præsentium latore, honesto alicui civi jungatur, apud quem annuatim vivere possit florensis viginti aut circiter: pro qua summa ego fidem meam ipse oppignerabo. Ego non dubito, hunc Jodocum, non tantum suis præceptoribus, sed & Domino suo doméstico ita sese approbaturum, ut commensa-

lem,

lem, nec non discipulum habituri sint obedientem & verè jucundum. Scriberem in hanc sententiam plura, verum de tua (Vir Clarissime, Domine amice & frater honorande) erga exteris benevolentia & erga me humanitate nihil omnino dubito. Scripsisse & hac de re copiose ad D. D. Pappum, filium meum, qui dubio procul hos meos conatus pro virili juvisset, verum audio ipsum jam esse in profectione in patriam. Ubique quo in loco hæreat publicum Concordiæ opus, ego ignoro. Metuo tamen, ne prudentia politica nocitura sit quam plurimum paci Ecclesiasticæ. Tuis sanctissimis & piissimis laboribus, quas sustinuisti hactenus, aut etiam deinceps sustinebis pro reformato (in reprobum sensum dato) Palatinatu inferiori, benedicat altissimus. Nec non Illustrissimo Electori Ludovico Palatino, quem ab annis multis (quamquam de facie ignotum) tamen pro verè sancto Principe colui & veneratus sum. Det illi DEUS Optimus Maximus, ut sceleratum Cinglia-  
num hominum genus & probe tandem agnoscat, & studiose caveat.

In virulentœ Tostani scripto habebis, quæ refutare possis, & verè & copiose. Maxime verò cuperem toti orbi innoescere, Martyris taciturnitatem ad integrum biennium, sibi data fide, ejusque discessus causam propriam, de qua impiè lusi Sim-  
lerus in suo de ejusdem vita scripto edito.

Vide, Vir Clarissime, Domine amice & frater honorande, inter plurima, quæ ha-  
beam pauca. Restant infinita, de quibus non nisi coram & possum & volo commo-  
de conferre.

Ego te una cum conjugé sanctissima, costa dilectissima, nec non liberis suavissi-  
mis, DEO Optimo Maximo ex animo commendō. Clarissimus vir D. D. Philip-  
pus ex Heydelberga, prout se facturum recepit, data occasione hactenus aliquoties  
ad me scripsit, quem & magnifico & ex animo amo & veneror, non tam propter  
insignem eruditionem, verum & propter humanitatem & modestiam, cum summa  
gravitate junctam. Filius meus 9. Martii in Medicum hujus urbis, ad biennium,  
singulis annis constituto stipendio centum florenorum, ab inclyto Magistratu  
nistro est receptus, ex quo tempore Medicinam, (DEO sit laus) magna cum  
ægrotorum sublevatione & suæ rei familiaris accessione exercuit. Hic te una cum  
sanctissima conjugé, nec non universa familia tua salutat, sicut & uxor mea, re-  
verenter & officiose. Bene & feliciter vale, Doctor Clarissime, Domine &  
amice, nec non Collega & frater honorande & charissime. Et hunc, cuius cau-  
sa hanc scriptiōnem suscepī, tibi commendatum habe. Tu vicissim jube & im-  
pera & habebis pro tenuitate mea promptissimum & obsequientissimum.

Clarissimum D. Sturmium, Praeceptorem quondam nostrum, in extrema  
sua ætate in tantum (scilicet) Theologum evaluisse, juxta proverbium: *ixq dī  
zegnus &c.* plurimum miror. Magis aurem Magistratus tui cunctationem in  
promovendo negotio Concordiæ. Verum jam habent in vicinia, darüber sie  
fich)

sich noch länger werden bedenken. Justus es Domine & justa judicia tua. Raptum Ulmæ, Dominica Trinitatis. Anno 80.

R. D. T.

Studioff.

Ludovicus Rabus, D.  
miser Ullensis plebanus.

## XVIII.

T. d. 1580.

Reverende & Clarissime Domine Doctor.

**Q**ui has tibi meas adserit literas, Chilianus Freymüller, Hallensis, Evangelii causa exultat, & in Styria, propter Jesuitarum insidias & cruenta confilia, locum habere non potest, qui in nostro etiam Ducatu, ei negatus est, cum Illustriss. noster Princeps, magnum numerum beneficiariorum alat, & nunc in Stipendio habeat Magistros 70. omnes idoneos ad functionem Ecclesiasticam. Subsidium tamen dedit ad menses octo, singulis nempe septimanis coronatum, pro se & uxore. Ad vos ergo Argentoratum proficiscitur, in spem conditionis minimè dubiam erectus, cum intellexerit, multos exules, à T. R. D. hactenus præclare esse promotos. Est autem vir doctus & morum gravitate ornatus, quem (licet non audierim concionantem) sycnerum in Artic. Fidei & satis facundum esse, ex crebro colloquio mecum habito, facile colligere possum. Vixit apud nos innocentissime, ut non dubitem, eum professionem morum: integritate exornaturum, & in agnita veritate Evangelii perseveraturum esse, cum aliquot specimina constantiae dederit. Oro ego maiorem in modū, ut Exuli dignissimo commiseratione, consilio & auxilio adiis, cumque moveas, si quem pro ipso habueris locum, vel in vicinia, vel locis remotioribus. Nobis non voluntas, sed occasiones eum promovendi defunt, quia nonnulli Principes, ad quos hactenus nostros misimus, infecti Calvinismo, aut ut restius scribam, Philippisimo, nostras commendationes parvificiunt, imò eos, quos à nobis petierunt, ejiciunt. Quicquid beneficii in eum contuleris, in gratum erit collatum, quod pater cœlestis largè remunerabitur, cum haustum gelidae aquæ in nomine discipuli datum irremunatur abire nolis,